



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

C. Notiz über einen Ehecontract eines Sohnes des Markgrafen Johann von
Brandenburg mit einer Tochter des Grafen von Holstein, vom 29. Januar
1262.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

XCIX. Mechthildis, Herzogin von Braunschweig, benachrichtigt die Hamburger von dem durch ihre Brüder, die Markgrafen von Brandenburg, den Hamburgern auf der Elbe in der ganzen Mark gewährten sichern Geleite, ohne Datum (1238—1261)

M., Dei gratia ducissa de Brunswic, honestis viris, vniuersis burgenfibus in Hamburg, salutem et bonam ad omnia uoluntatem. Vniuersitati uestre notum esse uolumus, quod omnibus uobis, tam diuitibus quam pauperibus, talem apud fratres nostros, margiones Brandenburgenses, securitatem optimimus conductus, quod Albiam per totam Marchiam secure et absque omni impedimento nauigio ascendere et descendere potestis, ad mercationes uestras ac alia negotia exercaenda. Scire etiam debetis pro certo et firmum super his ad nos habere respectum, quod a nullis, qui propter iam dictos fratres nostros aliqua facere uel dimittere uolunt, aliquod paciemi impedimentum, molestiam aut grauamen. Et hoc uobis attestatione presentium duximus intimandum.

Aus Lappenberg's Hamburg. Urkundeb. I, S. 441 Nr. DXV.

C. Notiz über einen Ehecontract eines Sohnes des Markgrafen Johann von Brandenburg mit einer Tochter des Grafen von Holstein, vom 29. Januar 1262.

Nota priuilegium de contractu matrimonii cum filia comitis holtfacie et filio Johannis marchionis Brandenburgensis, cuius tota forma inuenitur circa priuilegia premissa et actum anno domini M^o. CC^o. LXII^o. quarto kal. Februarii.

Aus dem im Geh. Cabinets-Archive befindlichen Copialbuche des Markgrafen Ludwig I. tit. Zwerin Holtfacia Nr. XVII. Vgl. Gercken Cod. III, 290, wo statt Nota gelesen ist Novum priuilegium.

CI. Johann und Gerhard, Grafen von Holstein, bestätigen in Gegenwart des Markgrafen Johann von Brandenburg, den Bewohnern der Mark das von ihrem Vater im Jahre 1236 ertheilte Zollprivilegium, am 12. März 1262.

Johannes et Gerardus, Comites Holtfacie, uniuersis Cristi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in omnium saluatore. Literas Domini Adolphi Comitis Holtfacie, beatissimi patris nostri, datas mercatoribus de Marchia, uidimus sub hac forma: Adolphus, dei gratia Comes Holtfacie, omnibus presentem paginam inspecturis, notum esse uolumus, quod nos cum mercatoribus per Marchiam Brandenburgensem constitutis super summa exactionis siue Vngelt, quod de singulis rebus, que de ciuitate Hamborch ad vendendum deducunt, conuenimus in hunc modum. De quolibet choro filiginis aut tritici duos solidos dabunt, de quo antea quatuor dare consueuerant. Item de qualibet Last allecis duos solidos dabunt, de qua antea tres solidos et dimidium dederunt. Item de Last cupri